

mittens simoniam confidentialem, iuxta motum proprium Pij Quintinam eti excommunicatio referetur Papa in illo motu proprio, ut inhabilitas non referatur, ut bene Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. 17. fine, commento litera F. & cap. 56. num. 1. litera F. dicit post Episcopum virtute Trident. s. 24. cap. 6. de reformat. dispensare in inhabilitate occulte simonia ad alia beneficia.

- 41 At virtute Bullæ Cruciate nec potest commissarius, nec confessor ab hac inhabilitate absoluere; quia non est censura inhabilitatis, sed pena, & Bulla non concedit penas; & quia in Bulla dengatur commissario facultas absoluendi ab irregulitate simonia. Sit Manuel 2. tomo summa o. 66. fine. & in Bulla Cruc. §. 12. num. 5. & in expositione motus Proprii Pij Quinti circa ingredium in monasterio Monialium, num. 35. & alii: & dicit Manuel eo num. 35. post Episcopum virtute Trid. d. s. 24. c. 6. dispensare in inhabilitate ad officia, & prætitutione officiorum, quando procedunt ex delicto occulto. Sed de hoc latè dicam in expositione motus Clem. VIII. de largit. munierum.
- 42 Secundò nota, quod si erat quando eft beneficium simplex, licet Butrio cap. de simonia, de simon. num. 1. dicit post Episcopum dispensare ex evidenti vilitate cum recipiente illud scienter simoniacè, at dicendum non posse, argumento à contrario sensu ex cap. penult. de elect. vbi tantum conceditur quando sponte renunciantur, & ignorantia accepit. Sic Anton. cap. post translat. de renunciacion. num. 39. & cap. penult. de elect. n. 7. Tabien. verbo simonia, quæst. 9. Panorm. cap. de simoniae. de simon. num. 7. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 7. Sotus lib. 9. de inf. quæst. 8. art. 2. conclus. ultima. Lud. Lopez 1. p. inf. nou. cap. 307. fol. 972. pag. 2. Rebuff. præv. sit. quo modo acquirantur beneficia. num. 9. Nauar. lib. 5. consil. tit. de simon. in nouis conf. 91. num. 7. in antiquis. 7. D. Thom. Nauar. Rebuff. Sotus, Ludou. Lopez non distinguunt, si beneficium sit simplex, aut curatum, sed indistinctè id docent de beneficio.

43 Ultima conclusio. Si expectat sententiam præstationis, qui scienter recipit dignitatem, vel curatum simoniacè, nullo modo potest Episcopus dispensare cum illo ad aliquid, vel aliud beneficium, quia dannatus per sententiam de simonia est effectus infamis infamia iuris, ut dixi supra dub. 104. & (ut docet Nau. lib. 5. consil. tit. de simon. in nouis conf. 91. num. 6. versio. ad tertium) est irregularis, quia infamis: & cum infamia iuris non dispensat Episcopus, nisi in casibus iure expeditis, ut notatur cap. cion. re. de sentent. & re indic. Item quia Episcopus dispensat in adulterio, & minoribus delictis, ut notatur cap. at si clerici, de indic. sine; at simonia est grauior. cap. sicut. & cap. licet. de simon. Sic Panor. cap. de simoniae. de simon. num. 6. Arnol. verb. simonia num. 51. Tabien. ibi, quæst. 9. Sylvest. verb. suspensio quæst. 7. Actio 4. Angel. simonia 6. num. 3.

44 Immo eadem ratio probat idem in beneficio simplici, damnatus enim de simonia in illo, efficitur infamia. Panorm. edon. cap. de simoniae. n. 7. Tandem notanda sunt tria.

45 Primi nota, quod, ut valeat dispensatio obtinens beneficium, quod scienter simoniacè obtinetur, est opus facere mentionem, quod simoniacè obtinerit, non autem, ut obtineat alia, ut habes supra dub. 104. num. 3...

nisi
nisi

Secundò, quia lex absoluta præcipit actum, & non præcipit fieri tali intentione. Sic multi, quos retuli lib. 1. summa cap. 13. num. 9. vbi de hoc latè eg. Tertius, quod aliqui quod si amicus ne-

sciens alteri amico aliquid debere ex iustitia, tandem ei donec, faciat debito ex iustitia, nisi iste dono tantum recipiter, vel recipiet ab amico: & si minus dono recipiter ab amico, in illo, in quo excedit, faciat pro debito iustitia:

nulla: memento tamen, quod si est patronatus laici, oportet de hoc facere mentionem, cum non facta expressa huic mentione, non censetur Papa illi derogare, ut dixi supra dub. 5. 4.

D V B I V M C X X I I I .

An qui simoniacè, vel existens excommunicatus obtinuit beneficium, absolu posset, dum procurat dispensationem, seu reualidationem tituli: vel cogendus sit statim resignare.

S It conclusio. Si statim sine mora mitteret pro dispensatione, potest absolu; fecerit si in hoc immoretur. Ratio, quia dum facit diligentias, non est in mora; ut fur non est in mora, & potest reriner, dum petit remissionem a domino. Sic Metina lib. 1. summa cap. 14. §. 21. fine. Manuel 2. tomo summa cap. 66. fine. Ludou. Lopez 1. p. inf. nou. cap. 307. fol. 971. pag. 2. Enriquez lib. 7. de indulgent. cap. 34. num. 7. & lib. 13. de excommunic. cap. 14. num. 2. & ferè expressè id dicunt Sylvest. beneficium 3. in principio, Tabien. beneficium 3. §. 5. quest. 3. D. Anton. 2. p. rit. 1. cap. 5. §. 11. fine. Arnol. verbo beneficium, num. 5. 7.

Immo licet tale beneficium sit Curatum, si talis absoluatur ab excommunicatione, & ab irregulitate, quam contraxit celebrando, vel ministrando sacramenta, potest, si res est occulta, & statim mittit pro dispensatione, remanent in eadem administratione beneficij per illud breue tempus, dum venit dispensatio; quia cum defecitus tituli sit occulus, habet veram iurisdictionem, & verè administrat sacramenta. Sic quidam docti iuniores.

C A P V T I V .

De tributis, & vectigalibus.

S V M M A R I V M .

Dub. 1. An fu sit Principi insta tributa imponere, & huiusmodi lex tributa imponens obligat ad eorum solucionem ante iudicis sententiam.

2. Quo, & que conditiones exiguntur ad tributorum infinitiam.

3. Qualis debet esse facultas regia, ut virtute illius possit quis tributa imponere.

4. An antiqua consuetudo, cuius initia memoria non extat, det auctoritatem ad imponenda noua tributa, vel tantum ad exigendum verba.

5. An Principibus Saracenis, & aliis Principibus infidelibus teneantur solvere huiusmodi tributa, alias iusta Christiani transentes per eorum terras.

6. An teneantur subditi ad tributum solandum, quando eft dubia iustitia tributi.

7. An publicani exigentes tributa peccent, quando eft dubium, Doctorum, & prudenter iudicari, an sit iusta.

8. Circa eandem secundam conditionem, an quando iam non extat, sed cessavit causa, ob quam eft tributum impositum, vel si adhuc extet Princeps, quod tributum exigit, non prestat id, propter quod constat tale tributum fuisse a Princeps impositum, teneantur subditi in conscientia solvere illud tributum.

Vixim,

9. Virium, quando non iniunguntur presidia, possint dominii accipere iura, que sunt imposita, ut datur ad tales vigilias.
10. An tributus debeantur, antequam publicanus petat.
11. An publicanus non petat alcualam, vel vestigial tempore à lege prescripto, sit ius in conscientia mercator, qui transacto ex tempore, non soluit etiam publicano petenti.
12. An si quidam veniat ad vendendum aliquid secretos, occulit, ut ira destruerit alcualam, peccet, & tenetur restituere empori, scilicet, quo venditor ille tenebatur ad illam.
13. An alcualas sint iusta in conscientia, si decem primum exiguntur, & quod illas defraudeant, teneantur restituere.
14. An dominii qui dono, vel pretio obtinuerint a Rego alcualas sutorum oppidorum, possint illas augere, vel numerare, & exigere in toto rigore legis regie, scilicet unum de decem, quamvis Rex minus exigat a suis vasellis.
15. An pauperibus, quibus ad viuum necessaria non sufficiunt, teneantur soluere gabelam, id est, alcualam, aliaque vestigialia, ut pedagia, guidagia, Hispanie portazgo, &c.
16. An qui contra legem prohibentem intronumt merces in aliquam ciuitatem, vel Regnum, teneantur soluere gabelam mercibus eiusdem speciei impunitam pro eorum intronissione.
17. Ex quibus contrahitis alcualas debeantur, & an in hac materia stricte, vel ample accipienda sint venditio.
18. An ex contrahitis immunitas debeantur gabelam, id est, alcualam.
19. An ex emploient, seu locatione ad longum tempus debeantur alcualam.
20. An ex contrahitis confirmationis, seu fundationis confus debentur alcualam.
21. An ex transactione, & litiis estimatione gabella debeantur.
22. An ex cessione debeantur gabelam.
23. An ille, qui emit virium, pannum, aut alias merces in maiori copia, quam sibi opus erat, non ut renderetur, lucrande, sed ut partem exhibeat, & vendat eodem pretio suis amicis, aut aliis, quibus id gratum fore creditur, teneantur soluere alcualam.
24. An si quis omnia bona sua donet ea legi, & donatius eum sustinet, etiisque debita soluat, debeantur alcualala.
25. An ex datione in solutum debeantur alcualala.
26. An ex bono ex causa indicati creditori addicatis debeantur alcualala.
27. An qui coactus a iudice domum, vel alienam rem vendit, teneantur soluere gabelam. Et ex venditione, vel permutatione facta in parente, & filio.
28. An quando consanguineus retrahit rem aliquam alicui venditam, iuxta legem 70. Tari, eadem pretio, qui vendita fuerat, debeantur gabella ex hac conditione huic retrobentis facta.
29. An qui mutauit frumentum certu, ut sibi redderetur nouum, teneantur soluere gabelam.
30. Utrum artifices ex venditione operum, que in suis officiis sunt, gabelam debeant.
31. An vendentes aquam, vel niuum, gabelam debeant.
32. Utrum ex venditione carum verum, vel pro animo expicatio relata fuerint, vel ex venditione redditum beneficj facta per conductorem, debeantur gabelam.

33. An ex contractu dotti, & ex divisione hereditatis inter heredes, quando preium intervenit, debeantur gabelam.
34. An quando ad divisionem faciendam admissa extranei licitatione, ei res addicta fuerit, debeantur gabelam.
35. Circa eundem casum, an si in divisione hereditatis, heres sua partis portionem vendidevit, & in divisione cum empore hereditatis, & heredibus, pecunia intercesserit, debeantur gabelam.
36. Circa eundem casum, an si fratres bona hereditatis diuiserint, & postea aliquibus diebus interciliessent, eadem bona permutterint, debeantur gabelam.
37. An ex venditione, vel permutatione innata, vel non perfecta, & ut quia conditionalis, vel pretium non est clausum, vel res non est tradita, debeantur gabelam.

D V B I V M . I.

An fas sit Principi iusta tributa imponere, & huiusmodi lex tributa imponens obliget ad eorum solutionem ante iudicis sententiam.

Nota varia esse tributorum genera, quoddam tributum est, quod dicitur *census*, & est penso, qui soluitur Principibus, per perlonis, & capitibus ciuium in signum subiectio[n]is, & non tam imponebatur pro gubernatione, quam pro subiectio[n]e profitenda, quod ad quandam vanitatem spectabat, & ob hoc numerabant populum, de quo punitus est David. Censu etiam debatur olim *penso*, qua dabatur pro quantitate facultatum, quas vniuersitatis habebat, & sic dicitur *cenfido*, eo quod facultates cenfabantur, & sic notatur in *l. forma*, *f. de cenfibus*. Alia *penso*, siue ius regni est, quod vestigial dicuntur, quod soluitur pro rebus, & mercimonis, que vehuntur gratia negotiacionis, ab una ciuitate, vel provincia in altera, & gratia, ac finis, propter quem datur, est murorum, & aliorum operum publicorum refectio, dicitur a vhenendo, & videtur idem quod hispane *Aduana*; olim erat octava pars, nunc decima, de hoc habetur in *l. ex prestaniori*, *C. de vestigialibus*, & in *l. tit. 7. p. 5*. Vestigial etiam dicitur *nubatum*, quod ex fundis, & praedisi a conductoribus reipublica tribuitur, in *l. f. f. a. ger vestig.*

Pedagium, vel *guidagium* dicitur *penso*, qui datur etiam pro rebus, & mercimonis, que vehuntur, & a portantur gratia negotiacionis, & differt solum a vestigiali in fine, quia materia pro qua datur eadem est, finis vero, & causa est defensio, & custodia viarum a latronibus, & inimicis; hispane *portazgo*, & secundum alios fines est etiam refectione pontium, & viarum. Alia *penso* est quae hispane dicitur *Alcuana*, & latine generali nomine *gabella*, ita datur a venditoribus pro rebus, que venduntur, & est decima pars, & instituta est a Rege Alphonso pro acquirendo regno Granata. Alia *penso* est quae dicitur *Affum*, hispane *sisa*, quae datur de rebus emptis ad cibum, & potum perirentibus, & datur ab emporibus in ipso pretio ciborum. Alia *penso* est, quae tributum *speciale* dicitur, nam licet tributum ad omnia iura possit extendi, speciale tamen dicitur illud quod de terra nascentibus, & de proprio solo datur Regibus in subsidium ipsorum, & reipublica; olim dabatur

Lib. II. Cap. IV. Dub. II.

pro sustentatione militum publicorum. Alia pensione est publica, que dicitur *talia*, vel *collecta*, quae est summa quadam, quam Rex, vel resp[ons]abilis exigit a ciubis proportionaliter ad eorum substantiam, & bona, & dicitur etiam *praefantia*. Alia sunt genera pensionum, quae variis nominibus latine, & vulgariter nuncupantur.

3. Est tamen adiectendum, quod omnes pensiones iste in hoc conuenient, quod sunt exactiones publice pro bono communis, & soler[unt] vna accipi pro altera. v.g. *census* publicus, & tributum solent accipi pro eodem, scilicet pro pretio, quod datur Principi, vel reipublica; de proprio solo, & vestigial, guidagium, gabella, duana, datum, tlonium, & etiam pedagium solent accipi pro eodem, scilicet pro pretio, quod datur pro rebus, & mercimoniis, que mutantur, & transferuntur, sive inveniuntur in ciuitates, sive enchanuntur, licet sine, & causa soleant aliquando differre; talia vero praesentantia, & collecta, sunt etiam idem. *Syl. verb. gabella*, *Med. 9. 16. Soto lib. 3. q. 6. art. 7. Ledesm. 2. 4. 9. 18. art. 5. fol. 258. Couart, reg. peccatum, p. 2. 8. 5.*

4. Item est adiectum, quod licet gabella generaliter ad omnes exactiones extendatur, tamen vulgariter restringitur ad significandum vestigial, & pedagium, & alcualam; item illas pensiones, quae dantur pro rebus, que mutantur ab uno populo in alterum, vel quae ibi venduntur, *Sylvestr. ubi supra*.

5. His suppositis circa questionem positam duplex est sententia.

Prima docet non teneri hominem reddere tributa ante iudicis sententiam; ratio, quia lex de tributis reddidit est *penalis*, & sic ante iudicis sententiam non ligat. *Sic Angel. verb. pedagium num. 6. Henricus Gaudano quodlib. 3. quest. 22. & Tabien. verb. pedagium, num. 9.*

6. Secunda sententia docet oppositum. Sit

7. Prima conclusio. Principes possunt imponere tributa subditis ex iustis causis, & seruatis conditionibus dubio sequenti ponendis. Conclusio est de fideiprobatur, sacra litera docens Principibus esse reddenda tributa, vt *Math. 17. 22. & ad Rom. 3*, ergo fas est Principibus ea imponere, & subditis exigere item *Corinth. 9. Quis pascit gemmam, & de lata eius non comedit*. Sed Princeps labore magno, & cura assida moderatur regnum, iustitiam ministrat, & ciues in pace conservat ab hostibus, quia magnis expensis tutatur: ergo ratione horum potest imponere tributa.

8. Secunda conclusio. Tributa iusta tenetur quique in conscientia soluere ante omnem iudicis sententiam. Probatur, quia tributa non sunt posse, sed sunt instituta, tanquam praemium, & merces Principis pro labore, quem iustitiae in conferenda, & gubernanda reipublica, sicut datur merces mercenarii; ergo. Secundum patet ex illo ad *Rom. 13. Cui tributum, tributum, &c. Hac conclusio est adeo certa, vt oppositam appelleret errorem Castrus ubi infra, hanc teneat D. Hieron. & Theophylactus super illud *Math. 22. Quia sunt Cesari, redditus Cesari*. D. Thom. opus. 20. de regimine Principum lib. 1. cap. 12. & lib. 3. cap. 5. & 11. & super c. 13. ad *Rom. 13. 1. Nauar. summa cap. 17. Lat. & Hisp. num. 200. Couart. regula peccatum 2. p. 8. 5. Castrus lib. 1. de lege penal. cap. 11. corol. 1. Soto lib. 4. de iust. quest. 6. art. 6. Ledesm. 2. 4. quest. 18. art. 3. Metina C. de rest. quest. 13. Syl. gabella 3. quest. 8. Armil. verb. vestigial*.*

Nota circa hanc conditionem sub nomine 3. Concilij comprehendit etiam Papam, nam Concilium a Papa fortitur autoritatem, sic Caiet. verb. vestigial. Item licet aliqui iurisperit ducatur, in nomine Regis comprehendantur omnes

D V B I V M . II.

Quod, & que conditiones exigantur ad tributorum iustitiam.

Si conclusio, ut imponantur iuste tributa, tres exiguntur conditiones, secundum omnes Doctores.

Prima conditio est, auctoritas imponentis, id est, ut imponatur tributum ab habent[em] autoritatem imponendi: hanc vero autoritatem habent Imperator, Rex, Concilium generale, ut expresse definitur cap. super quibusdam, de verb. significazione.

Nota circa hanc conditionem sub nomine 3. Concilij comprehendit etiam Papam, nam Concilium a Papa fortitur autoritatem, sic Caiet. verb. vestigial. Item licet aliqui iurisperit dubitauerint, in nomine Regis comprehendantur omnes

omnes Reges, vel tantum Rex Romanorum, id est, Imperator, qui solus licet posse tributa imponere, cum nulli temporaliter sit subiectus: at res est certissima omnes Reges posse haec tributa imponere, quod aperte constat tum ex d. cap. super quibusdam, vbi et res diversae ponuntur. Rex, vel Imperator, tum etiam ex communione omnium Regum praxis, & ita fera omnes Doctores fatentur.

4 Secundum nota nomine Regum comprehendunt rem publicam non recognoscemt aliquem Regem superiorum, sed quae regitur per consules, aut gubernatores, ut eis Veneta, & Genuensis ciuitatis: similiter Principes nulli subiecti, ut Due Florentia, quia eadem est ratio de istis, ac de Regibus, sic Caier, verbo vestigial. Armil, verbo gabella, num. 7. Iosephus Angles in floribus q. 9. rheolog. 2. p. materia de restit. vestigial fol. 232. Otalaria lib. de nobilitate 1. part. 6.3. Bertachinus in Dictionario, verbo Gabella. Saliz. 1. vestigial. C. noua vestig. Ioannes Andr. & Panorm. d. cap. super quibusdam, Sylvestri gabella 3. quæst. 1. Angel. verbo pedagium num. 1. ybi Tabiena num. 1. & est certa res.

5 Tertio nota, licet Reges Hispania aperte habent potestatem vestigialia indicendi, cum veri Reges sint, nec Imperatori sint subiecti, tamen in Hispania noua vestigialia, ac tributa non alter imponere licet, quam si comitiis ex more vocaris, regni procuratores, plebisque tribumi id probent, & ratuunt habeant, vt est constitutum lib. 1. tit. 7. lib. 6. noua recip. cuius statuti ea est ratio, quia ardua negotia non debent Reges priusquam ad populum, procerique referantur, expedire, & habetur eodem tit. 7. lib. 2. & docent Iason, placit. n. 10. C. de stat. Ecl. Parisi. de syndic. tit. de Reg. excessibus, num. 8. Burgos de Paz, in proposito legum Tauri, n. 447. Parlador. de rebus quotid. cap. 3. initio num. 8.

6 Quarta nota hanc autoritatem imponendi tributa, & exigendi, etiam habere eos, qui ex consuetudine immemoriali, vel ex priuilegio Regum hoc ius habent, confutendo enim immemoriali, ac Principis priuilegium dant in hoc ius, vt expressè habetur d. cap. super quibusdam, & docent omnes authores citati.

7 Secunda conditio est causa iusta imponendi tributum, quæ secundum omnes est bonum commune, & non priuata utilitas ipsius Principis, nisi ea redudaret in bonum commune regni, ut si tanta esset Principis, aut domini inopina, vt communes redditus ad ipsius sustentationem non sufficiant, vel esset captus ab hostibus, & indigeret priori ad sui redempcionem, &c. & ratio est, quia Rex propter populi utilitatem, & non populus propter Regis communum datus est, ita docent omnes Doctores citati.

8 Nota hinc, si Rex in paupertatem deuenenter ex sua culpa, quia scilicet patrimonium prodegit inaniter, & non in ciuium utilitatem, non potest nouum imponere tributum ad paupertatem sublevandam, si alia via potest sibi consuleret, quia cum fuerit in culpa dissipationis patrimonij, tenetur quod in se est facere, ne sua culpa subditis damnum subficiatur; sic D. Thom. Epistola ad Ducissem Brabantiam, Metina c. de restit. quæst. 13.2. regnistro. Molina 3. tom. de iust. tract. 2. diff. 667. verific. Deinde. Salon 2.2. post q. 7.7. art. 3. tract. de vestig. art. 1. contr. 4. verific. Ex hac, licet Palacios Rubios cap. per vestras de donat. norab. 3. §. 27. num. 12. Host. cap. conquerente, num. 17. de offic. ordin. Henricus

cap. cion. Apostolus, num. 11. de censibus. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 13. §. 2. cap. 3. absolutè dicant non licere Principi tributum imponere, si ex sua culpa in eam indigentiam incidit; sed intelligendi sunt iuxta prædictam moderationem, & hinc responde posse ex licentia Regia imponi tributum ad soluenda debita populi, quia ex iniqua rectorum eius administratione contraxit, quia supposito cum non possit ex bonis rectorum sibi satisfacere, reipublice interest propria oppidi non esse consumpta, sed substantiam ei ineffe, ut necesse sitibus occurribus possit succurrere.

Tertia conditio, vt tributum sit, iustum est, ut in impositione tributi obseretur debita forma: hæc autem forma consistit in triplici proportione.

Prima proportio est tributi impositi ad necessitatim pro qua imponitur, ut scilicet non exceedat necessitatem.

Secunda, tributi impositi ad rem publicam: & ita non sit nimis graue reipublica.

Tertia proportio est inter ipsos cives, ut scilicet feruerit proportio in redditibus tributum: ita ut ditiores plus soluant, quam pauperes. Ita omnes Doctores citati.

Circa has conditiones aliqua seorsum agitantur, sicut:

D V B I V M III.

Qualis debeat esse facultas Regia, ut virtute illius possit quis tributa imponere.

Circa primam conditionem ad tributorum iustitiam dubio precedenti requisitum, scilicet authoritatem, aut facultatem imponendi illa, sit Prima conclusio ut possit quis virtute facultatis Regie tribute imponere, oportet ut exprefse, & in specie concedatur, unde non fat sunt verba generalia, ut si Rex constitutat vicarium suum generalem, illigique concedat regalia, licet virtute huic facultatis possit tributa imposta exigere, at non poterit noua imponere, quia non darur ad hoc facultas in species: ratio, quia cum non tributa imponere sit maximè proprium Regibus, & res gravissima, non videtur in generali concessione non veniunt ea, quia quis in specie non concessit. Sit tenet, licet subfobiscetur, Cumanus conclusio 162. & videtur sequi Palacios Rubios rubr. de donat. §. 9. num. 6. vbi mouet questionem, & dicit dicendum esse, quod docet d. consil. 162. Cumanus.

Secunda conclusio in impertratione dicta facta, ut sive reptionis virtus caret, oportet fieri mentionem de aliis vestigalibus, quibus gravata est ciuitas, in qua nouum vestigial imponendum est, ut colligitur ex cap. mandatum, & cap. literas, de script. Et ratio est, quia meritò retrahet Principem hoc ab impositione noui vestigialis; sic Albericus, & Oldradus, quos refert, ac sequitur Gregor. Lopez 1.9. tit. 7. p. 2. verific. fin. mando. Iason, & Alexander, quos refert, ac sequitur Palacios Rubios cap. per vestras, notab. 4. num. 11.

D V B I V M

Lib. II. Cap. IV. Dub. IV. &c. 361

D V B I V M IV.

An antiqua consuetudo, cuius initij memoria non extat, det autoritatem ad imponenda noua tributa, vel tantum ad exigendum vetera.

1 Circa eandem primam conditionem ad tributorum iustitiam requisitum procedit praesens dubium, circa quod duplex est sententia.

Prima docet antiquam consuetudinem, cuius initij non cognoscitur memoria, non posse præstatre autoritatem ad imponendum tributa, sed tantum ad exigendum vetera. Probatur, quia si aliqui habent, quod hoc possit confutato immemorialis, est c. super quibusdam, §. proprieate de verb. signific. (hoc enim opposita sententia pro se adducit;) at hoc caput loquitur de tributis, quæ ex antiqua consuetudine introducta sunt, & non loquitur de autoritate imponendi noua tributa: at longè maius est noua imponere tributum, quam vetera exigere; is enim, cui Rex concepit aliquod tributum sibi debitum, habet illud exigendi potestatem, non tam nouum imponendi. Secundum probatur, quia cap. immouamus, de censibus, aperte dicit solis Principibus esse concessionem potestatem imponendi noua tributa: ergo aperte negat haec autoritas consuetudini immemoriali; hanc tenet Caltr. lib. 1. de lege penal. cap. 11. coroll. 2.

2 Secunda sententia docet consuetudinem immemoriale dare autoritatem imponendi noua tributa, & augendi vetera: vnde ij, qui à tempore immemoriali habent consuetudinem, non tantum exigendi aliqua tributa, sed etiam imponendi noua, & vetera angendi, id poterunt. Ratio, quia revera d. cap. super quibusdam, agebat Papa de iis, qui habent potestatem imponendi tributa, nec obstat cap. immouamus, quia solis Principibus dicitur ibi hoc licere, scilicet de iure; at ex immemoriali consuetudine potest hoc ius aliis competere, ita Metina C. de restit. quæst. 13. Sylvestri gabella 3. quæst. 1. Ang. verbo Pedagium, num. 1. Tabien. ibidem, num. 1. Panorm. d. cap. super quibusdam, fauit valde Caier. verbo vestigial. vbi inter authores pedagiorum numerus Papam Regem, & immemoriali consuetudinem, idem tenet Gabr. 4. d. 1. 14. 5. concl. 2. Otalaria de nobilitate 1. part. 6. 3. Decius consil. 669. Guido consil. 65. & 150.

3 Sit conclusio; hæc secunda sententia probabilior est, si tamen non haberet ij consuetudinem immemoriale exigendi, & imponendi, sed tantum exigendi tributa ab antiquo imposta, non possent noua imponere, nec antiqua augere, & concludunt rationes allatae pro prima sententia.

D V B I V M V.

An Principibus Saracenis, & alijs Principibus infidelibus teneantur soluere huiusmodi tributa alias insita Christiani transfeentes per eorum terras.

1 D V bium etiam hoc versatur circa primam conditatem conditionem, citaque illud triplex est sententia.

Prima docet Christianos non teneri soluere tributa infidelibus quicunque si sint. Ratio, quia Th. Sanchez Conf. moral. Tom. I.

Christians non subdantur infidelibus, sic docent Hossiens. lib. 3. summe rit. de censibus, num. 11. D. Anton. 2. p. rit. 1. cap. 13. §. 8. Tabien. verbo pedagium, n. 10. Archid. quem refert, & sequitur Ang. verbo pedagium, n. 7. Rofel. ibi num. 19. & explicat hoc esse vetum etiam de infidelibus, qui iniuste suum regnum possident.

Secunda docit teneri omnibus infidelibus solvere haec tributa Christians per eorum terras transfeentes. Ratio, quia hosti fides est seruanda, 2. 2. quæst. 4. cap. innocent. & 23. q. 1. n. 6. Item quia Principes infideles suis sumptibus seruant transfeentes a latronibus incolumes; item quia licet cubil habetur, quod hoc possit confutato immemorialis, est c. super quibusdam, §. proprieate de verb. signific. (hoc enim opposita sententia pro se adducit;) at hoc caput loquitur de tributis, quæ ex antiqua consuetudine introducta sunt, & non loquitur de autoritate imponendi noua tributa: at longè maius est noua imponere tributum, quam vetera exigere; is enim, cui Rex concepit aliquod tributum sibi debitum, habet illud exigendi potestatem, non tam nouum imponendi. Secundum probatur, quia cap. immouamus, de censibus, aperte dicit solis Principibus esse concessionem potestatem imponendi noua tributa: ergo aperte negat haec autoritas consuetudini immemoriali; hanc tenet Caltr. lib. 1. de lege penal. cap. 11. coroll. 2.

2 Secunda sententia docet consuetudinem immemoriale dare autoritatem imponendi noua tributa, & augendi vetera: vnde ij, qui à tempore immemoriali habent consuetudinem, non tantum exigendi aliqua tributa, sed etiam imponendi noua, & vetera angendi, id poterunt. Ratio, quia revera d. cap. super quibusdam, agebat Papaam de iis, qui habent potestatem imponendi tributa, nec obstat cap. immouamus, quia solis Principibus dicitur ibi hoc licere, scilicet de iure; at ex immemoriali consuetudine potest hoc ius aliis competere, ita Metina C. de restit. quæst. 13. Sylvestri gabella 3. quæst. 1. Ang. verbo Pedagium, num. 1. Tabien. ibidem, num. 1. Panorm. d. cap. super quibusdam, fauit valde Caier. verbo vestigial. vbi inter authores pedagiorum numerus Papam Regem, & immemoriali consuetudinem, idem tenet Gabr. 4. d. 1. 14. 5. concl. 2. Otalaria de nobilitate 1. part. 6. 3. Decius consil. 669. Guido consil. 65. & 150.

3 Sit conclusio; hæc secunda sententia probabilior est, si tamen non haberet ij consuetudinem immemoriale exigendi, & imponendi, sed tantum exigendi tributa ab antiquo imposta, non possent noua imponere, nec antiqua augere, & concludunt rationes allatae pro prima sententia.

Tertia sententia est media. Sic Doctores citandi. Sit pro resolutione prima conclusio, si mercatores Christiani negotiantes in locis infidelium Principum, qualcumque hi sunt, pacium intinent cum ipsi de soluendo vestigalibus, teneantur ratione talis dominii exigunt. Item, quia tales infideles plus debent Principi Christiani.

Nota etiam Rainierum limitare, ut habeat verum secunda sententia posita tempore pacis cum talibus infidelibus, nam tempore bellum (inquit) fas est eos vestigalibus defraudare.

Tertia sententia est media. Sic Doctores citandi. Sit pro resolutione prima conclusio, si mercatores Christiani negotiantes in locis infidelium Principum, qualcumque hi sunt, pacium intinent cum ipsi de soluendo vestigalibus, teneantur ratione talis dominii exigunt. Item, quia tales infideles plus debent Principi Christiani.

Nota etiam Rainierum limitare, ut habeat verum secunda sententia posita tempore pacis cum talibus infidelibus, nam tempore bellum (inquit) fas est eos vestigalibus defraudare.

Tertia sententia est media. Sic Doctores citandi. Sit pro resolutione prima conclusio, si mercatores Christiani negotiantes in locis infidelium Principum, qualcumque hi sunt, pacium intinent cum ipsi de soluendo vestigalibus, teneantur ratione talis dominii exigunt. Item, quia tales infideles plus debent Principi Christiani.

Nota conclusionem hanc limitare Rosel, nisi 6 pacium effet metu extortum; nam tale pacium nullam parit obligationem.

Secunda conclusio, si vero non intercedat ratio, sed tantum statutum Principum infidelium, quo tributum imponitur, si illi Principes infideles iuste possident suum regnum, utpote quod nunquam fuit Christianorum, Christians negotiantes in eorum regnis, vel illa transeuntes, teneantur soluere pedagia alias iusta ab his imposta; hæc conclusio est certa, nec oppotuit reputo probable. Ratio, quia hi sunt veri Reges, & licet eorum statuta non obligent Christians, at ius naturæ, quod præcipit

H. tributa

tributa à vero Rege, & iustè imposta soluenda esse, eos ligat; sicut si Gallus apud Hispanos negotiator, tenet soluere tributa à Rege Hispanie imposta, ratione negotiationis, licet alius Regi Hispanie non subdus sit; hanc vltra Cord. & Metinam tenent Verbecius, & Syluest. *vbi supra*, Rainerius, & Supplementum *vbi supra*.

3 Ultima conclusio Christiani non tenent soluere tributa imposta à Principibus infidelibus, qui vi obtinent terras, que fuere Christianorum, ni intercesserit pacum dictum in prima conclusione, hanc sequor ut probabiliorē contra authores secundā sententia. Probat, qui hi non sunt vere Reges, sed tyranni, ac per tyannidem, & vim possident, ac usurpant regnum; ergo tributa ab ipso imposta non ligant, & posunt defraudari, si sine scandalo, & peturis, ac mendacis fieri potest, ita omnes authores primā sententia, & Verbecius, Supplementum, & Syluest. *vbi supra*. Huic sententia videtur, & aperte Driedus lib. 2. de liberis Christianis, cap. 5. vbi inquit tyrannici usurpant regnum licet fraudare gabellas, & Atm. verbo gabella, num. 2. vbi inquit, si imponant gabellas à non habentibus potestatem, ut tyrannis, non obligant.

Tandem nota duo.

4 Primum est, nostram hanc tertiam conclusionem intelligendam esse, nisi Principes infideles vi occupantes Christianorum regna pacum inferant cum Princeps Christiano, cuius sunt regna, vt illi vestigia soluerint, id est, pagaffent pātiū al Princeps Christiano; tunc enim Christiani illac transuent, vel ibi negotiantur, tenentur ad gabellas, quae ex voluntate, & consensu Principis habent regnum, & gabellas imponant. Sic Metina, quem refert, ac sequitur Cordub. *vbi supra*.

10 Secundò nota, Ang. Tabien. & Rosellam *vbi supra* asserere Christianos per terras Saracenos transuentem solū teneri ad soluendum ipsi aliquid in quantum sustinentur in transitu per Saracenos; sed Syluest. *vbi supra* dicit hoc esse falsum, quia iure naturali via publica est omnibus communis.

D V B I V M . VI.

An teneant subditi ad tributum soluendum quando est dubia iustitia tributi.

Circa secundam conditionem positam ad iustitiam tributorum, scilicet, ut imponantur ex causa iusta, dubitatur an cum apud prudentes, & doces dubium est, an causa imponendi tributa sit iusta, vel lex ipsa imponens iusta sit, teneantur subditi ea solvere.

Dupliciter est sententia.

1 Prima dicit teneri subditos ad tributum soluendum, quando est dubia iustitia tributi. Ratio, nam in dubiis pro Princeps standum est, & subditi tenentur obediere, sic Palacios *verbo Gabella*, & lequitur Bertachinus in *Dictionary*, *verbo Gabella*; fuit etiam, quod docet Parlador, de rebus *quodlibet*, cap. 3. §. 2. num. 28. in ambiguis questionibus contra scimus, lucrum prætentem, esse iudicandum, per l. non puto, ff. de iure fisci.

est, & sic in dubio tenentur subditi ea soluere; ratio, quia, vt ait regula iuris, quilibet præsumitur bonus, donec probetur contrarium: dum ergo non constat de iniustia horum tributum initio, præsumendum est fusile iustum, & in talibus verum est, quod dicitur, melius est conditio possidentis; in hac conclusione conuenimus cum auctoribus prime sententia, & eam tenent ferē omnes Doctores secunda sententia. Host. lib. 3. *summam de censibus*, num. 10. Sylvest. *gabellā* 3. §. 3. & Metina *Cate refit.* quest. 15. Gabr. 4. d. 15. quest. 5. *concl. 7.* D. Ant. 2. part. 11. 1. cap. 13. §. 7. Margarit. *confessio in interrogat. circa septimum preceptum*, fol. 93. Rosel. *verbo pedagium*, num. 4. Cordub. *summam* 9. §. 5. *dub. 1. §. 1. art. 4. triuad.* Castro lib. 2. *de lega panali*, cap. 11. *carol. 2.*

Secunda conclusio, si tributa de novo imposta sit ita, vt initio illorum memoria existat, multo probabilitas est non teneri subditi ea soluere, & se eorum iustitia dubitare. Probatur primò ex *cap. perseruit. de censibus*, *vbi expresse dicit censum*, cuius causa ignoratur, non debet, & subditi, oportet, ut omnis census ad quid esse, quando perfolui debet, presciatur; item ex *cap. quinquaginta, de censibus in 6.* *vbi expresse dicit pedagiorum exactiones tam iure canonico, quam civili esse damnatas*; cum ergo præsumptio iuris sit contra tributa, oportet ad eorum iustitiam, vt de iustitia ipsorum constet. Item quia in iis, quae in alterius damnum redunt, non tenent subditi in dubio parere, vt docet Soto de *regendo secreto*, mem. 3. quest. 2. *concl. 1.* Corduba lib. 3. quest. 9. g. Cum ergo exactione tributorum sit in subditorum damnum, non tenentur subditi in dubio patere, haec conclusio est contra Doctores prime sententia, & eam docent Hostiens. Sylvest. Metina, Gabriel, D. Anton. Margarit. Rosel. Corduba *vbi supra*, Caetan. in *summam*, *verbo vestigial*. Armilla *verbo gabella*, num. 18. Tabien. *verbo pedagium*, num. 8. §. 9. Ang. *vbi num. 6.* Idem videtur tenere Driedus lib. 2. de liberis Christi, cap. 5. *vbi haec dicit*, quia impositio in hoc tempore sepe sunt illicita, non faciliter ingredens est scrupulos defraudantibus, præterim quando sunt pauperes, & de rebus ad proprium vim pertinenteribus; eadem sententia valde faciunt aliqui Doctores dicentes, quod cum tributum sit res odiosa, iudicandum est in dubio, non esse soluendum. Hi sunt Bart. 1. *si papillas*, ff. ad l. *falcid.* Corneus *conf. 106. volum. 4.* Decius *conf. 47. num. 8.* quos refert, & lequitur Bertachinus in *Dictionary*, *verbo Gabella*; fuit etiam, quod docet Parlador, de rebus *quodlibet*, cap. 3. §. 2. num. 28. in ambiguis questionibus contra scimus, lucrum prætentem, esse iudicandum, per l. non puto, ff. de iure fisci.

D V B I V M . VII.

An publicani exigentes tributa peccant quando est dubium Doctorum, & prudentium iudicio, an sint iusta.

A liqui absoluè docem non peccare, quia non est circa tributorum iniustitiam, nec debet curiosus de iustitia tributorum inquirere, sic Andreas de Ifernā, quem refert, ac lequitur Gregor. Lopez part. 5. sit. 7. l. 9. *verbo semeljame.*

Sit

Lib. II. Cap. IV. Dub. VIII. 363

2 Sit tamen conclusio, quando iustitia tributorum dubia est, publicani, qui Principi subiecti ab ipsoque compulsi exigunt gabellas non peccant, in hoc enim dubio præceptum superioris eos excusat, cap. *quid culpatur 23. quest. 1.* si vero non sint subditi, vel licet subditi sine sponte sua, & non compulsi hoc manus obcomitant, mortaliter; nulla enim est ratio eos excusans, & præstant id quod dubium est an sit iustum, & in aliorum damnum vergunt; si ideo quando dubium est, an bellum sit iustum, milites qui ad illud eunt compulsi ex superioris obedientia non peccant, qui vero propria sponte, peccant. Sic Nauar. *summam*, cap. 17. Lat. & Hispan. num. 201. Rosella *verbo pedagium*, num. 16. Sylvest. *gabellā* 3. quest. 7. Caetan. in *summam*, *verbo vestigial*, Ang. *verbo pedagium* in 6. Armil. *verbo gabella*, num. 9. Gabr. 4. d. 15. quest. 5. *concl. 7. littera P.* Host. lib. 3. *summam de censibus*.

3 Nota, ut excusentur in dubio etiam subditi compulsi tenentur consulere peritos viros, & si illi consulitis adhuc manet dubium, potest obediere, cum enim res haec sit gravissima, & in grave damnum tertii, res haec est attentio, & peritorum consilio perficienda. Sic Host. & Sylvest. item deponere debet dubium practicē, id est, peruidere sibi debet in ratiō dubio licet, quia alias agens contra dubium practicum peccat. Sic Nauar. *i. b.*

D V B I V M . VIII.

Circa eandem secundam conditionem, an quando iam non extat, sed cessavit causa, ob quam est tributum impositum, vel si adhuc extet Princeps, qui tributa exigit, non præstat id, propter quod constat tale tributum fuisse à principio impositum, teneantur subditi in conscientia soluere illud tributum.

1 M erita C. de *refit.* quest. 14. dicit circa tributum pro viis a latribus custodiendis impositum teneri subditos soluere, licet Princeps in custodienda via negligens fit modo compenſat dāmma transuentibus subfœcūta ex sua negligentiā, quia obligat Principis imponentis tale tributum non est cathegorica, sed disūtia, tenet enim diligentiam, & expensas apponere, vt via sint iusta, vel si hoc non præstet, dāmma transuentibus illata compenſare, vnde si alterum horum Princeps præfet, teneantur subditi ad tributum. Sit tamen

2 Prima conclusio, quando iam non extat, sed cessarunt illa ultre cause, ob quas constat talia tributa fuisse olim imposta, non tenentur subditi soluere tributum. Probatur, quia ad tributi iniustiam requiritur causa; ergo cessante causa, cessat tributi iustitia, & si subditi non tenebuntur soluere, sic tenent Castro lib. 1. *delege panali*, cap. 5. *documento 3. §. ex hac 3. regula*. Antonius Trigon. *singulari 89. Firmianus tract. de gabellā*, 9. part. *in principio*, §. 9. principaliter D. Anton. 2. part. *titul. 1. cap. 13.* §. 8. Iosephus Angles floribus 99. *theologiar.* 2. part. *vbi de refit. vestigialum*, fol. 235. Tabien. *verbo pedagium*, n. 8. Rosel. *vbi num. 7.* Cordub. *summam censibus*, quest. 95. Caetan. *verbo vestigial*. Metina C. de *refit.* q. 14. T. Sanchez Conf. moral. Tom. I.

Secundò est limitanda conclusio, vt precedens, scilicet, nisi Rex conuerteret illud tributum

Hh 2 in

Driedus lib. 2. de liberis Christianis, cap. 5. littera D. Parlador. *lib. de rebus quotid.* cap. 3. initio num. 5. Corleus de *porsitate Regia*, 4. part. quest. 49. Attil. verbo gabella, num. 4. Hostiens. lib. 3. somme, *ritul. de censibus*. Sylvest. *gabellā* 3. quest. 3. & etiam Felinus cap. 1. de confit. num. 41. Anchatan. Bald. & alij per Felinum citati, Menchaca lib. contrar. frequent. cap. 10. num. 44. & de *factis* *pregressi*, lib. 1. *prefatione* 98. Sed dicit eo num. 98. intelligi, vt tunc sopiauit talis lex, non tam omnino extinguitur, & sic eadem causa redeunte exigi potest, & debetur ipso iure idem tributum.

Nota hanc conclusionem intelligendam esse, nisi cessante illa causa Princeps conuerteret illud tributum in altam iustam causam publicam; sicut enim potest de novo pro hac iusta causa publica, tributum exigere, ita potest impositum veterius prouocare, sic Cordub. *vbi supra*, & colligit ex Soto lib. 3. de iussi quest. 6. art. 7. & Ledeim. 2. 4. 9. 18. art. 3. fol. 258. Sotus enim & Led. insuffic acuāl, licet cessauerit causa, scilicet bellum Granatense, eo quod conuersa est in alias publicas vilitates.

Secundò nota Metinam limitare hanc conclusio. vt non teneat verum, quando causa ab hinc tanto tempore cessavit, vt de cessationis initio non extat memoria, & Princeps illo medio tempore bona fide exigit, & redditum est ei tributum, tunc enim tarionē prescriptionis debetur Princepi hoc tributum; sed hanc limitationem merito reprobat Cord. *vbi supra*, non enim potest esse legitimā prescriptione, cum ex quo cessavit causa, cessāt ritulus, ac bona fides.

Secunda conclusio, quando Princeps non præstat id quod imposta sunt tributa, vt si imposta finit ad refectionem ponunt, & tamen non reficiuntur, non tenentur subditi ea soluere. Ratio, quia cessat causa iusta impositiōis tributorum; sic Castro, Dried. Host. D. Anton. Iosephus Angles *vbi supra* Margar. confess. in interrogat. circa septimum preceptum, fol. 935. Sylvest. *gabellā* 3. quest. 91. Caetan. *verbo vestigial*. Armil. *vbi supra*. Gabr. 4. d. 15. 4. 5. cap. 7.

Nota conclusione, hanc intelligendam esse, quando occurrente causa Rex non præstaret; causa si non præstaret, quia non occurrit necessestis, est tamen paratus ad præstandum tempore necessitatibus, si pro maris tutela, & defensione imponatur à Princepe tributum pro expensis faciendi, vt securi sint a piratis nauigantes, si piratis existentibus nullam præbet Rex nauigantibus contra piratas defensionem, non tenentur subditi hoc tributum soluere, quia Princeps non præstet id ob quod est concessum, si pirata non occurrat, & ideo Rex nullas expensis maris tutela tribuat, est tamen paratus quoties opus fuerit nauigantes à piratis tueri, tenentur subditi ad soluendum hoc tributum; quia non oportet, vt semper opere compleatū causa tributi, sed satis est quando occurrit necessitas compleatur; sic Castro *vbi supra*. Otalor. lib. de nobilitate 1. p. 6. 3. Gregor Lopez p. 5. tit. 7. l. 5. verbo *seguros*. Sylvest. *gabellā* 3. quest. 3. dicto 3. Armil. *verbo pedagium*, num. 6. D. Anton. §. 7. & Host. *vbi supra*. Tabien. *verbo pedagium*, num. 8. *vbi supra*. Rosel. num. 4. Cordub. *summam quest. 95.*

Secundò est limitanda conclusio, vt precedens,

in aliam causam publicam; sicut enim pro hac causa posset nouum imponere tributum, ita posset antiquum in hanc conuertere.

D V B I V M . IX.

Vtrum quando non iniunguntur praesidia, possint domini accipere iura, que sunt imposita, ac dantur ad tales vigilias.

Sit prima conclusio. Si talia praesidia iam ita corrueire, quibus nec sunt praesidia, nec habita-
re possunt, non possunt accipi talia iura, quia cef-
fauit omnino causa, nullusque reftat titulus; hac
conclusio patet ex dictis *dubio precedenti*, & eam
tenet Corduba *summorum* quest. 113, & alij viri do-
cti nostra Societas.

Seconda conclusio. Si talia praesidia adhuc stant, & a suis praesidiis, aut ab horum locum tenentibus habitantur, adesseque probabilitas fore, ut aliquando sit necessarium talia praesidia iniungatur, bene potest confundetur, quia vigeat accipiendi iura, que pro talibus vigiliis assignantur, licet illa modo in ipsis non con-
sumantur (modo enim de presenti non sunt ne-
cessaria eiusmodi vigilias, cum terra nunc pa-
ce fruatur;) contingere autem potest, vt opus
esset consumere omnia iura, que pro his vigiliis de more accipiuntur, & multo plura ad vigi-
landum talia praesidia. Quapropter bene potest
accipi, quod de more habetur, dummodo quando
sele offerat eiusmodi necessitas, non cogantur
subdit, aut populi plus soluere ad eiuendomi vigili-
lias. Pater conclusio ex *dubio precedenti*, quia tunc
non omnino certa causa, sed eius executio sus-
penditur, donec necessitas occurrat. Sic Corduba,
vbi supra, & alij docti recentiores.

Tertia conclusio. Nisi adesse probabilitas ali-
qua forte, ut aliquando offerat opus talia praesidia
iniungatur in utilitatem, tutamque populo-
rum, tunc non possunt accipi haifusmodi vigilias
prieta iniurias eidem populis. Nam tunc cef-
faret iam omnino causa talis impositionis, pa-
ter ex dictis *dubio precedenti*, vt tenet Corduba
vbi supra, & alij docti recentiores.

D V B I V M . X.

*An tributa debeantur antequam pu-
blicanus petat.*

Dubium procedit circa quæcumque tributa, siue sine gabellis, id est, Alcaualas, siue ve-
tigalia, aut pedagia, id est, Aduanas, o portazos, quæ
accipiuntur ratione transitus, aut propter itine-
rium affectuationem, eis qui isthac omnia tributa
iusta sint; quando enim essent iniusta, manife-
stum est etiam peccata non deberi.

De hoc varie sunt sententiae, omnes tamen in hoc conuenient, quod qualecumque sit tri-
butum, si aliebi confundetur obterrent effet, vt
tributa non soluantur, donec fuerint petita, ex-
culantur in conscientia non soluentes, donec
petantur, modo fraus omnis, & dolus ad mer-
ces occultandas absit; quia consuetudo vim le-
gis obtinet. Sic Courart, *regul. peccatum*, 2. pars.
§. 5. num. 5. Parlador, *de rebus quidam*, cap. 3. ini-
cio, num. 13. Perez lib. 8. ordinum, init. 15. l. 2.
offerre

fol. 305. §. ex qua inferri potest, Ledesim. 2. 4. 9. 18.
artic. 3.

At dubium est, rebus, vt nunc, quid sit dicen-
dum. Varie sunt sententiae. Quidam dicunt te-
neri quempiam soluere tributum antequam pe-
tatur. Probatur, qui alicuius quantitatatis debitum
est, tenetur illam soluere, antequam petatur; sed
venditores, & alij tenentur gabellas Regi, & eius
publicanis tanguam, eis debitis reddere; ergo
tenentur ad hoc, antequam petantur. Item spe-
cialiter in gabella, quæ alcauala dicitur, proba-
tur ex l. 120. del quaderno de las alcaualas; quæ
hodie est lex 31. titul. 19. lib. 9. noue recip. vbi sic
dicitur, *sic obligado el vendedor a buscar al arren-
dador, y preguntar por el a sus vecinos, para hacer le
saber la vereda, y pagar el alcualal, y en caso, que
no parezca, depositar ante el Alcalde mayor el alcua-
lala.* Ecce quam clare præcipiat solvi alcaualam,
licet non petatur; & quod attinet ad ve-
tigalia, id est, portazos, probatur ex l. 7. tit. 11.
libr. 6. noua recip. vbi sic dicitur, *Los que via-
ren de llevar los portazos se un tendrán de poner
quien los cosa, y fino los pisen, o cuíre, los que
por allí pasaren sin pagar el dicho portazo, no in-
currán en pena alguna, salvo solamente el dicho por-
tazo.* Ergo vetigial tenetur quis soluere etiam
non exactus. Hanc sententiam tenet Courart, *vbi supra*,
vbi dicit vendentem aliquid teneri certior
facere publicanum, vt soluat ei alcaualam,
& transmitente per loca publica, & con-
suete merces, si nullus sit portitor, vel custos,
qui vetigial exigat, adhuc tenetur ad vetigial
solutionem. Idem quo ad alcaualas tenet
Parlador, *vbi supra*, & tener Corduba *summorum*
quest. 95. artic. 2. & 10. & Metina, quando mo-
derate petuntur, vt vigesimal pars, secu-
ndo petuntur rigide, vt decima pars. 1. 2. quest. 96.
artic. 4. vers. *secunda confessio.* Fauet satis Castro
lib. 2. de lege panali, cap. 2. sub finem, quarto ex
hinc capituli, vbi hæc dicit: *Qui alcualam solu-
re omnis, peccat mortaliter, & tenetur restitu-
re;* & idem de eo, qui res de regno ad regnum
transferendas manifestare noluit, ne solueret
vetigial.

Alij vero oppositum sentiunt. Sit

Prima conclusio. Illi qui bona fide sine frau-
de, & dolo vendunt merces suas in absentia pu-
blicanorum, seu exactorum, ita, quod ipsi non
petunt ab illis hoc tributum, non tenentur ad
restitutionem illius, scilicet alcauale, licet res,
qua vendit, si magna quantitas, & licet al-
cauala petatur moderata. Ratio est, quia ita habet
vnu, vt alcauale exactæ soluantur, & ita hoc
tributum est recepit, & acceptum à republica,
& non aliis, quia est tributum durissimum. Et
confirmatur, quia est res dura, vt tenetur
quis inquireat publicanum; & lex 31. tit. 19. lib. 9.
noua recip. oppositum dicens non est vnu recepta.

Hanc conclusione, vt iacer, tenentur multi
viri docti rum ex nostra Societate, rum ex aliis
familias. Idem exprefse tenet Auctandio in *Di-
ctionario*, verbo *Alcauala*; vbi hæc dicit: *si quis
gabellario Regis perentem alcaualam fraudem fe-
cerit, ne possit eam consequi, tenetur in con-
scientia restituere: si ramen regius gabellarius
non petiter, licet vendor ita fecerit vendat, vel
commutationem faciat, vt contrafactum non veniat
in gabellarij notitiam, non tenetur alcaualam,*
offerre

offerre non petenti gabellatio, etiam illi per-
cipiat alcaualas ex causa onerosa locationis: nam
talis est natura hoc tributum, vt non debeatur,
nisi petatur. Idem Palacios in *summa*, verbo, ve-
tigial, vbi hæc dicit, *Si quis non se abscondat,
nec fraudem faciat, non tenetur soluere ga-
bellam donec petatur, non enim tenetur publi-
canum querere, sed patrus esse ad dandum, cum
petierit.* Idem Ledesim. 2. 4. quest. 18. artic. 3.
fol. 238. pag. 4. vbi hæc inquit, Alcauala, vt nunc
soluitur, est iusta; quia nullus soluit, nisi petatur
à publicano. Et licet fol. 259. pagin. 2. con-
clus. 2. videatur hoc limitare, quando est consu-
tudo, vt non soluitur, nisi petatur; ut in terra
conclusione hæc dicit: *Gabellla vt nunc soluitur
communiter, scilicet petita a publicano, & non
aliás, est tributum honestum, & moderatum, &
tenentur cives soluere.* Idem tenet Iosephus Ang-
les in *floribus quest.* Theolog. 2. part. quest. de refi-
tut. vetigialium, fol. 234. vbi hæc inquit, Secundum
Hispanum consuetudinem non tenetur quis ga-
bellas soluere, donec a questoribus exigantur:
vnde si non diuerit à via, & vendens proprias
merces in foro, non tenetur manifestare gabella-
riis: secu qui occultat, &c. Idem, licet cum aliqua
limitatione, & aliquanto scrupulosius, docet
Soto lib. 4. de iustit. quest. 6. artic. 4. vers. de illo au-
tem, vbi hæc inquit, *foras in conscientia dum res
venduntur, que non sunt grandi preciū, non te-
nentur venditores querere publicanos ad soluen-
dum, sed sat est soluere, dū ab illis petitur;* & lib. 3.
quest. 6. art. vii. vers. *carum reuera,* vbi hæc dicit,
cum alcauale magno cum rigore exiguntur, fa-
tis est, vt quisque dum tributum petitur, soluat,
maximū vbi debitum non est magni momenti. Et
fauet Menchaca de *succē cretatione*, lib. 3. §. 28. vbi
solūm vocat tutiorem sententiam, quod fraudans
alcaualam teneatur.

6 Nota, quod si alcauale sunt incipitata, vulgo
encabezadas, ita, quod ad summam conventionis
singuli, qui ita conuenient, contribuere de-
bant, hi ita sunt incipitata, non poterunt
in conscientia non soluere alcaualam, tamen
non petatur. v. g. si pannorum mercatores sunt in
capitati, hoc est, suscepunt in se soluere pecu-
nitate summaria pro pannorum alcauala, non po-
test aliquis eorum in conscientia non soluere
partem alcauale, que sibi obtingit, licet pro-
pter ignorantiam ab ipso non petatur; tenen-
tur enim singuli ex contractu, & pacto inter
ipso initio de soluenda illa summa conventionis.
Quod si aliquis suam partem non soluat, reliquias
illius soluendæ onus imponit. Secus dicendum
est de extero, qui non est incipitata, hic enim
non tenetur soluere alcaualam, antequam pe-
tatur, cum nullum fecerit contractum, iuxta pra-
dictam conclusionem.

7 Secunda conclusio. Nemo, qui palam, & via recta
transit, tenetur soluere vetigalia, vel pedagia, quæ
soluunt ratione transitus per portā, vel pontem,
id est, la Adana, o pechos, quæ imponunt pro
asseturandis viis, quando publicani, vel exacto-
res, vel quia non adiunt ibi, vel quia transeun-
tem non viderunt, vel alia ratione vetigial non
petunt. Ratio, quia non tenetur quis hac tributa
soluere, nisi petatur, durissimum enim est obligare
aduenias ad sciendum tributa statuta in pon-
tibus, vel portis. Si tenet Metina, & Corduba, vbi
Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

supra, & alij. Idem etiam docent Palacios, & Iose-
phus Angles *vbi supra*, siquidem vniuersaliter id
docetur de omnibus tributis.

Nota idem esse dicendum eadem ratione de
tributis, quæ soluantur ratione transitus per fal-
lus, id est, los puertos, seos, Medina *vbi supra*.

Secundum nota, idem esse dicendum de collecta, 9
id est, pecho & affiso, id est, *sis/a*, scilicet non tenetur
quem soluere, antequam peratur, quia hoc tan-
tum pendunt ignobiles, & nemus tenetur suam
ignobilitatem propalare. Sic Medina *vbi supra*.

Hucusque dictum est, quando quis publice, &
in loco destinato vendit abique fraude, & quan-
do palam, & per rectum iter transfluit merces.
At dubium est, quid dicendum sit, quando quis
confundit occultat se, aut merces, vel occulte trans-
fert merces, ne exigatur ab illo alcauala, vel adua-
na, &c. an tenetur in conscientia restituere hæc
tributa, antequam petantur. Quod enim tenetur,
faciunt l. 96. 97. & 98. del quaderno de las alcaualas,
quæ hodie sunt l. 13. 14. 15. 18. titul. 19. lib. 9. noue
recip. quibus caetur sub certis penis, quod qui
aspontauerit panein, aut femina, vt vendantur,
illa introducant per quasdam ciuitatis portas,
vendantque in loco depurato, & quod nequeant
intrromitti, aut educi noctu aliquæ merces, vt ita
de omnibus certior fiat publicanus. Item, quia
fraus, & dolus nemini debet patrocinari; & ex-
presse hanc partem tenuerit Palacios, Soto, Iose-
phus Angles, Cord. *vbi supra*. Menchaca lib. 3, con-
trouers frequent. p. 1. §. 2. num. 2. immo Courart. *vbi supra*, dicit hoc esse verum, licet consuetudine ob-
tentum est, vt gabella non deberentur nisi pet-
tit; id enim intelligendum est, quando quis
merces non occultaret. Immo Iosephus Angles
vbi supra dicit, quod vendens occulte, licet coram
scriba contractum celebret, debeat alcaualam, li-
cet non petatur. Idem Medina C. de restit. q. 15. ad
finem, §. sequitur *responsio*.

Alij vero oppositum docent, scilicet licet quis
confundit occultat merces, aut fe, ne exigatur ab
hoc tributum, non peccare, nec tener illud
soluere, donec petatur; & hoc tenet hæc sententia
de alcaualis, & vetigialibus, id est, aduanis, & peda-
giis instituti ad viarum asecuracionem. Pro-
batur, quia hæc tributa recepta sunt à republica,
ita vt non debeantur, nisi petita, quia sunt duris-
simæ. Vnde ipsi exactores, vel quorū interēst, in-
vigilant, ne quis vendat res suas occulte; alij enim
non tenetur facere, vt fui contractus veniant ad
notitiam publicanorum, vel aliorum. Item quia
si hæc tributa non debentur, nisi petatur, cur
non poterit vendor occultare se, ne ab eo petatur.
Nec obstant leges in oppositum adductæ, quia
illæ factæ sunt in favorem publicanorum, vt illi
possint melius exigere alcaualam, & non soluen-
tes peccata legis plecedere: & ad summum peccante
venialiter non ferantes illas leges, & forsan nec
venialiter, quia sunt mete penales, & sic recepta-
& nullus credit se peccare, eo quod non venda in
tali loco, vel per talen portam merces transferat.
Et patet, quia illæ legibus caetur vt nemo pos-
sit panem emere, nisi in tali loco, & tamen non pu-
taremus peccata, qui alibi emerit. Hic sententia
fauet Nauar. cap. 28. in addit. ad n. 6. capit. 25. &
tenet viri docti ex recentioribus. Pro eadem sen-
tentia facit, quia hodie communiter gabella sunt
in iusta, vt habetur cap. quinquagesima, de censib. in 6.
H h 3 &

& docent Arm. verb. *Gabellia*, n. 10. & 18. Ang. verb. *pedigium*, n. 6. & docent *Caiet. ver. b. v. etigal.* Dicunt *lib. 2. de libert. Christ. cap. 5.* & sic hinc magna extorsiones, & rigidè pecuniarum; sed ergo erit ad eas obligare, dum pertinetur, & non erit necesse cogere venditores, ut se manifestent.

12. Tertia conclusio. Licit haec sententia probabilis sit, saltem ad deobligandos eos a restituzione, qui hactenus id fecerunt, siquidem autores graves haber pro se; at tutor, & probabilior est apostolica sententia, scilicet ab conditio transiuerint merces, vel non vendentem in loco destinato, sed occulte, ad defrandandum gabellam, teneri certiorum facere exactorem, vel illi soluere gabellam. Probatur ex adductis pro prima sententia.

13. Quarta conclusio. Quando ipsi exactores, vel publicani committunt ipsi venditibus, seu intrumentis merces, vt dicant sub iuramento quantitatem mercium, vel valoris, licet, vt docet *Nauarr. vbi supra*, non teneantur furare, sed facti, ut dicant, quod videant ipsi quantitatem, & ipse soluerit; si tamen inuiti, teneantur totam veritatem manifestare, transferens merces, vel vendens; alias peccabit mortaliter, & tenebitur restituere id, in quo publicanum defraudat. Ratio, qui petitur ab illo gabella, & eo rigore, vt sub iuramento cum manifestare veritatem compellat: sed haec tributa quando pertinetur a publicanis, debentur; ergo. Sic docet *Nauarr. cap. 17. Lat. & Hispan. num. 202.* & *Metina C. de rebus suis. quaf. 13.* fine, & alii.

14. Sed quid dicendum, quando non petunt exactores iuramentum, sed mercatores, vel transiuerint merces committunt in conscientia eorum, vt dicant veritatem. *Metina.*, & *Nauarr. ibidem* dicunt, quod si hoc casu celet aliquas merces, teneantur publicano restituere id, in quo ipsum defraudat: immo idem dicit *Metina*, licet publicanus ita mercatori veritatem dicendum committat, vt ne sub iuramento, nec iuxta eius conscientiam aliquid exquirat, sed simpliciter illi remittat, vt tem periat, idque confidens eius fidelitatem, ex qua fiducia non nisi simpli- cem manifestationem ab eo exigit: tunc enim teneat totam veritatem aperire; alias tene- tur restituere. Eiusdem sententia videtur esse *Auendanus in Dictionario litterarum A verbo Alcaualam*, vbi dicit, si quis gabellario perenti alcaualam fraudem fecerit, ne possit eam consequi, teneat inde reportare.

15. Ultima conclusio. Si aliquando index Ecclesiasticus ferat excommunicationem contra oculantes huiusmodi tributa, vel non foluentes, talis excommunicatione non ligat, nisi in casu, in quo illi tenebantur alias soluere ante sententiam excommunicationis: patet, quia excommunicatio non fertur, nisi pro culpa mortali, at non est culpa non soluere, quando alias non tenebatur soluere. Sic docti recentiores.

D V B I V M XI.

*An si publicanus non petat alcaualam, vel ve-
tigal tempore à lege prescripto, sit tutu in
conscientia mercator, qui transacto eo tempo-
re non solvit etiam publicano perenti.*

Nota, quod in lego 129. del quaderon, qua ho-
die est lex 19. titul. 17. lib. 9. non recipiat.
prescribitur tempus, in quo possunt publicani exigere alcaualam, & sic dicitur, de las ven-
tas, que se bizieren de bienes muebles se monten, sean
obligados a pedir el alcaualam en todo el año de su ar-
rendamiento; y endos meses despues del año año, y no-
las puedan pedir en adelante. Pero en caso al
alcaualam de las heredades, de que paffen los
contratos ante los escribanos publicos del numero, donde
fuere la heredad, no pueda demandar el año del ar-
rendamiento; y el siguiente; y si los tales contratos
se bizieren

16. Quinta conclusio. Probabilis est, quod interrogarus ab exactore, quas vehant merces, vel ven-
diderit, etiam ipsius fidelitati commitat ablique
iuramento, teneri restituere, si aliquas occulte
merces: at oppositum est, probable, saltem ad

excusandos eos, qui huc usque id fecerunt, cum sint graues autores, qui ita sentiantur, & sunt etiam rationes probabiles, maximè cum tributa hodie tam graua sit. Item, quia cum tributa non debentur, nisi perantur, videtur, quod sicut quando pertinet magno rigore, scilicet cum iuramento, debentur magno rigore, felicer integrè; ita quando non pertinet cum tanto rigore, non ita rigide, & integrè debentur.

Nota tamen quod si ideo publicanus ab his mercatoribus simplicem loquaciam exigit, quia non intendit ab eis totum debitum recipere, sed aliquid condonare, vel quia amici sunt, vel quia viam illam frequentant, unde frequens lucrum publicano accretit, vel ne illi per aliam viam res suas portent, vel ob aliam eiusmodi causam, tunc non tenentur mercatores totam rem mani- festerare, nec occultatum restituere; quia inter- uenit publicani expressa, aut tacita donatio. Sic *Metina dist. quaf. 13. fine. Cordub. summa. q. 95. dub. 2.* & alii.

Hinc inferitur, quod possimus excusare à restituzione alcaualam multos mercatores, quibus publicani non discooperant merces, nec cogunt sub iuramento aperire veritatem, sed simpliciter statue coram dictis, & ij minus, quam sit, palam faciunt; cum istis enim dissimilat possumus, nec illos obligare ad restituendum illud, quod ex occultatis mercibus non soluerunt, ex voluntate tacita; immo ferre expressa custodum, seu exactorum nota, & approbata a suis dominis, qui consultè dataque opera volunt, ac iubent his ministris, ne sint onerosi, aut rigidis eis mercatoribus, sed potius leniter, ac suauiter se gerant cum illis, & tenuerit illorum dictis: atque hoc faciunt ob proprium commodum, & emolummentum, gaudient enim omnes talia loca frequentare, animaduertentes commodum, & vilitatem, quam inde reportant.

17. Ultima conclusio. Si aliquando index Ecclesiasticus ferat excommunicationem contra oculantes huiusmodi tributa, vel non foluentes, talis excommunicatione non ligat, nisi in casu, in quo illi tenebantur alias soluere ante sententiam excommunicationis: patet, quia excommunicatio non fertur, nisi pro culpa mortali, at non est culpa non soluere, quando alias non tenebatur soluere. Sic docti recentiores.

D V B I V M XI.

*An si publicanus non petat alcaualam, vel ve-
tigal tempore à lege prescripto, sit tutu in
conscientia mercator, qui transacto eo tempo-
re non solvit etiam publicano perenti.*

Nota, quod si quis postularas intra tempus le-
gitimum negauit gabellam, non prescribet trans-
acto tempore, quia iam est in malâ fide, cum man-
suet obligari ad restituendum. Sic docti recentiores.
Est res certissima.

Lib. II. Cap. IV. Dub. XII.

sebizieren ante otros escribanos, que no sean del dicho numero, se pueda demandar dentro de dos años, que el tal contrato fuere otorgado, y porque en los lugares de Señorios, Abadengos, y ordenes, no se cobra el alcua- ual con tanta facilidad; allí se puedan demandar en cualquier tiempo, y no se prescriban por causa de los dichos terminos.

2. Item 1.6. fine, tit. 7. par. 5. dicitur prescribi-
ve etigiala quinquennio, sic enim dicitur, si los portas
gueros fueren negligentes en no demandar porcine años
los derechos, donde en adelante, no los puedan de-
mandar.

3. Vertitur ergo in dubium, an transacto tempo-
re, que iuxta leges citatas potest publicanus exige-
re alcuaual, vel etigial, sicut in foro externo
non potest petere, ita etiam nec in foro conscientia
tenetur vendor illi soluere alcuaual.

Dupliciter est sententia.

4. Prima docet transacto etiam termino per le-
gem prescribi teneri mercatorem soluere gabellam publicano perenti. Quare leges degenerantes actionem gabellatio, procedunt in foro exter-
no. Et probatur, ad preferendum requiritur bona fides, sed hic deficit bona fides, nam mercato-
r ab initio nouit his esse gabellae debitorum; ergo. Hanc teneri *Cord. summa. quaf. 95. dub. 1. Metina C. de res. quaf. 17. vers. sequitur inde quod si h.*

5. Secunda sententia docet prescribere mercato-
rem illam gabellam transacto eo termino, & sic
licet postea perat gabellarias, non teneri soluere. Probatur ex dicta l. 19. tit. 17. lib. 9. non recipiat fine,
vbi post assignatum terminum, in quo possunt
peri gabellae, id est, alcuaual, in populis regiis, ad-
ditur: Pero en los lugares de los señores no se prescrive
en el dicho termino. Ergo vult lex in oppido regis
prescribi gabellas eo termino, sed prescripicio dat
ius in foro conscientiae; ergo. Item quia debitor
alcius quantitas non obligatus ad illam offe-
rendum, donec, petatur prescriber, si tempore
signato a lege ad petendum non fuerit petita, vt
optime *Panom. cap. finalis de prescripti. Angel. verbo,*
*prescriptio. mun. 42. Metina C. de res. quaf. 16. ver-
sc. 36. fol. 182. vers. similiter es conseruo.*

Sit tamen prima conclusio. Tanquam certum
credo, quod qui emit in occulto, ob hanc solam
causam nil aliud faciens, licet non retinet alcua-
ual, non tamen tenetur ad aliquam restitu-
tionem, vt quando quidam vendit mihi in occulto,
quod tamen ego secretum non procurvo, vt si
esse domi, & alter ingreditur interrogans me,
num velim emere ab illo bombycis manipulum;
ego vero scio illum intendere furari alcuaual,
nihilominus tamen manipulum emo, nec alcua-
ual retineo, non tenero restituere. Probatur, quia
si tenero ad restituendum, id effet, quia vel co-
operor ad furtum alcuauale, vel propter dictam
l. 19. Sed neutro ex capite teneo, quia cooperari
est simul operari; at empto hic nil operatur ad
alcuauale detectionem, sed meritis passim se habet:
vt qui recipit Sacramentum à ministro existenti
in peccato mortali parato conferre cuicunque,
non cooperatur peccato illius, quia passim se ha-
bet, vt optimè *Sotus. dicens cile omnium 4. dis. 1.*
quaf. 5. art. 6. ver. 1. Prima itaque, & reddit rationem,
*qua solum ille dicitur cooperari, qui eius peccati
causa est: at in hoc casu cum conferens sit para-
tissimus, & suscipiens nullatenus eum moueat,
non dicitur eius peccati causa. Nec teneo ad re-
stitutionem ratione dicta l. 19. quia est penalis,
necepsa recepta est; immo videtur iniusta, si-
quidem obligari emptorem, vt sit quasi economus
publicani, nullo ab hoc accepto stipendio, immo
grauis cum detimento illius, quia homo potens,
aut officialis Regius, cui retribuerit emptor alcua-
ual, sumet vindictam a praedicto empore:*

quapropter nullus empator eam retinet. Hanc conclusionem tenuere viri doctissimi, & mihi est certissima.

- ⁴ Secunda conclusio. Eiusmodi empator non peccat alcaualato non retinendo. Probatur, quia, ut dixi, talis lex non est in vnu, & videtur iniusta, semper dampnificaret empator retinendo, saltem in eo, quod nemo vellet illi vendere. Sic docti juniori.
- ⁵ Ultima conclusio. Si talis empator cooperatur alicui fraudi, v.g. si dicetur, ingredere huc, ne videamus a publicano, atque ita iument ad occultandum, tunc tenetur restituere alcaualam casu, quo principialis non restitutus, cum tamen teneretur ad id. Pater, quia cooperatus ad furtum, simul enim cum venditore operatur ad furtum. Sic iidem retentiores.

D V B I V M XIII.

An alcaualas sint iusta in conscientia, si decem pro centum exigantur, & qui illas defraudat, teneat resituere.

- ¹ Dplex est sententia. Prima docet alcaualas esse iustas etiam summo rigore exactas, scilicet decem pro centum. Probatur, quia sic instituta sunt a Princeps, ut habetur lib. 9. noua recopil. tit. 17. l. 2, & ex iustissima causa, nempe ad sumptus bellorum Granatensis; quod licet modò cessarit, ac conuersa sunt in aliam publicam causam, scilicet ad sumptus regios in aliis bellis. Sic tenent Cordub summa quest. 95. dub. 1. & quæst. 1.15. Castro lib. 1. de lege panali, cap. 11. corol. 2. Parlador. lib. de rebus quorū. cap. 3. ini. io num. 13. Conar. regula pecuniarum 2. part. 5. 5. n. 5. & Metina 1. 2. quæst. 96. art. 4. vers. Secunda conclusio. Haec tamen limitatione id docet Metina, modò non teneatur quis soluere, nisi exactus.

- ² Scunda sententia docet non esse iustas alcaualas summo rigore petitas, scilicet si de decem petatur vnum. Probatur, quia est rigidum tributum, & ferè intolerabile; consunturque res familiares, omnèque illas sibi Rex usurpat, maximum cum sint alia multa vestigalia, & exactiones ordinariae, & extraordinarie, quae Regi voluntari à subditis, & vnaquaque renunditione eiusdem rei prædicta alcauala accipiat in eadem quantitate; que sit, vt ex decem venditionibus totus rei valor acrefcat Regi. Huius sententia videtur Sotus lib. 4. de iust. quæst. 6. art. 4. vers. de illo autem, vbi haec inquit, Alcauala si can moderatione exigatur, si iusta, & lib. 3. quæst. 6. art. ultimo. vers. Ceterum revere, vbi haec inquit, Itera decima sit consignata; at nisi vrges regni necessitas id postularet, nimis graue esset tributum hoc ad rigorem exigere. Eiusdem sententia videtur Ledesim. 1. 4. quæst. 18. art. 3. fol. 258. pag. 4. vbi haec dicit: Alcauala est iusta eo modo, quo soultus, quia non solvunt communiter quantum debent, sed minus. Et fol. 159. pag. 2. concl. 3. vbi haec dicit, gibel, ut nunc solvunt communiter, scilicet petita a publicanis, & non aliis, est tributum iustum, quia non petitur ad rigorem; immo Rex vix vnu percepit vnguiculam; & dicit esse gravissimum tributum petere decimam. Pro eadem sententia sunt alii Doctores dicentes scilicet fraudari gabellas, quando sunt nimis barbaricae, scilicet quando soluunt ultra terram octaua partis. Hi

sunt Felini. cap. 1. de consil. num. 41. & refert Baldum. Idem Antonius Trigon. singulari 89. Aramil. ver. gabella, num. 4. Tabien. verbo pedagium, n. 8. Sit

Prima conclusio. Hac secunda sententia est probabilior: atque ita non tenetur vendor soluere vnum de decem, sed pro triginta, vel quadraginta vnum; reliquum autem est iniustum. Probatum ex authoribus citatis, & ex ratione posita: tum quia negari non posset, quin saltum sit plus, iustitia tam rigida exactio; at in dubio non tenetur quis soluere gabellas, ut dixi supra. Hanc conclusionem, vt facit, teneunt plures Magistri Salmantini, & multi alii viri docti.

Hinc inferitur, quod qui semel soluit in integrum alcaualam publicano, potest se recompenbare, non soluendo aliam, quia primam non debet.

Secunda conclusio. Quia tamen prior sententia probabilis est, absoluendi sunt exigentes alcaualas in summo rigore, scilicet de decem vnum; quia cum habeant Doctores grauissimos pro fe, habent iustam, & probabilem ignorantiam. Sic docti juniori.

Tertia conclusio. Quando publicanus petat à venditore, ut sub iuramento declareret premium rei vendita, vt accipiat vnum pro decem, iniuste interrogatur vendor, & si non tenerit totam appetere veritatem, sed posset dicere, non vendidi, nisi quinque, vel quatuor, cum vendor sit decem, intelligens intra semetipsum; ita ut teneat soluere alcaualam. Hac conclusio potest probari, quia non debeo integrum alcaualam, ut dixi prima conclusio, ergo iuramentum exactum ad extorquentem integrum alcaualam, est iniustum, & non iuridicum: ergo potest vendor utrīcūq; aequocūtū ad occultandam veritatem, sed non potest, & ex iustissima causa, nempe ad sumptus bellorum Granatensis; quod licet modò cessarit, ac conuersa sunt in aliam publicam causam, scilicet ad sumptus regios in aliis bellis. Sic tenent Cordub summa quest. 95. dub. 1. & quæst. 1.15. Castro lib. 1. de lege panali, cap. 11. corol. 2. Parlador. lib. de rebus quorū. cap. 3. ini. io num. 13. Conar. regula pecuniarum 2. part. 5. 5. n. 5. & Metina 1. 2. quæst. 96. art. 4. vers. Secunda conclusio. Haec tamen limitatione id docet Metina, modò non teneatur quis soluere, nisi exactus.

⁴ Ultima conclusio. Si aliquis dominus non haberet integrum dominium ad exigendas alcaualas, sed solum haberet ius ad exigendum, v.g. milie aurores ex alcaualis pannorum, vel alterius mercis, vel haberet ius ad percipiendum quarundam alcaualarum redditus talis oppidi, tunc non potest illas augere, vel minuere, quia non est omnis dominus illarum, ut bene Corduba ibi.

D V B I V M XIV.

An domini, qui dono, vel pretio obtinuerunt à Rege alcaualas suorum oppidorum, possint illas augere, vel minuere, & exigere in toto rigore legis regie, scilicet vnum de decem, quamvis Rex minus exigat a suis vasallis.

⁵ Non est sermo, an licet exiger vnum de decem, quia iam dixi dub. precedens, id esse probabile, quamvis oppositum probabilius judicauerit;

utrum; sed quod in presenti queritur est, vnum suppedito, quod licet vnum pro decem exigeret, id possint domini temporales, etiam si Rex minus exigeret: exempli causa, si Rex exigeret vnum pro viginti. Sit

² Prima conclusio. Domini temporales, qui do-no, vel pretio, priuilegio, aut præscriptione, obtinuerunt à Rege alcaualas suorum oppidorum, non possunt illas augere vltra vnum pro decem. Patet, quia predicti domini non alio modo accepterunt ius ad exigendum alcaualas, nisi in ea quantitate, quam Rex exigit per suas leges: ergo si Rex per suas leges tantum exigit vnum pro decem, non possunt ipsi amplius exigeret; quia subrogatus fiat naturam illius, in cuius locum subrogatur, cap. Ecclesiæ sanctæ Mariae 1. 2. lit. pendente, & exp. cum tu de usu. Sic Cordub summa, q. 1. 15.

³ Secunda conclusio. Eiusmodi domini possunt minuere, & augere alcaualas in suis opidis, sicuti Rex in suis, dummodo non augent vltra decem pro centum, quamus Rex illas minuas in suo regno, exigit vnum pro viginti, vel triginta necesse gratia, quam Rex aliquando facit suo regno, quod pro aliquo tempore non augentur, est in prædicione vestigialum, aut rerum familiarium hominum dominorum, idque quamvis ipsorum vasallorum contribuant Regi alia servititia, seu vestigalia, sicut vasallus ipsius Regis. Ratio est, quia ista gabellæ omnino sunt horum dominorum, & habent ius, & dominium illarum, sicut & aliorum reddituum, quos percipiunt a suis vasallis. Atque ita nullam obligacionem, aut dependentiam habent à Rege ad illas minuendas, quando Rex illas minuit, ita Cordub. quæst. 1.15. vbi refert ita sapientia iudicium fuisse in senatu Regio.

⁴ Ultima conclusio. Si aliquis dominus non haberet integrum dominium ad exigendas alcaualas, sed solum haberet ius ad exigendum, v.g. milie aurores ex alcaualis pannorum, vel alterius mercis, vel haberet ius ad percipiendum quarundam alcaualarum redditus talis oppidi, tunc non potest illas augere, vel minuere, quia non est omnis dominus illarum, ut bene Corduba ibi.

D V B I V M XV.

An pauperes, quibus ad viatum necessaria non sufficiunt, teneantur soluere gabellam, id est, alcaualam, aliaque vestigalia, ut pedagia, vel gildagia, Hispani portazgos, &c.

¹ Videlicet hos teneri; quia haec gabella generaliter sum omnibus vendentibus, vel transcheincentibus mercies imposita.

² Sit conclusio. Si aliquis paupertas eò denegatur, vt se, ac fuos alere non posset etiam cum mediori lucro, quod soluta alcaualas & alia vestigalia, illi supererit ex negotiacione, aut propter paucitatem pecunia, quam possit negotiacioni exponere, aut quia habet multis filios, aut quia multa debita contraxit, aut propter alias necessitates, non tenerit soluere alcaualam, aut alia vestigalia. Probatur, quia in hoc casu facit illi ius naturale, secundum quod prius debet se, si amque familiam alere, deinde ad Regis necessitates contribuire, ac iuvare. Item quia Princeps est proprius publicanus, & non respicita proprius Princeps; ergo prius subvenire debet respicita suis propriis necessitatibus, quam Principi. Sic multi viri docti me consuli. Pro hac sententia effigia lomnes la 1. c. de amone, & tribu. lib. 10. vers. Compelletur, & ibi Bart. num. 1. Rosella verbo priuilegium, num. 10. & ibi Sylvest. quæst. 9. dicto 3. vbi dicunt quod licet officiales deputati à Princeps ad recipiendas collectas Principi debitas, cas non possint remittere, sicut mihi ob nimiam paupertatem soluere debentis. Et additio quædam Bart. dicto num. 1. vbi docet cum Baldo l. 2. 5. si quis in iudicio, ff. si quis cant. quod si statutum dicit apellantem debere soluere gabellas, alia appellatio si deferta, non habet locum in non potente ob paupertatem soluere; quia dicitur ei remissa gabella ipso iure ab statuto. Faciunt etiam Felini. cap. signi testi, de testibus, num. 10. Gigas tract. de penitentiis, quæst. 80. num. 5. Hippolytus volum. 1. canon. 10. num. 40. vbi dicunt paupertatem exculare non soluentem collectas. Faciunt etiam Glosa cap. cinn. infirmitate, de censibus, v. et indebit. Panorm. ibi num. 7. Baeza in opere debito, cap. 12. num. 21. vbi dicunt vilificatione non debere exige pro curationem à pauperibus. Item Ifernus, Rolandus, Decimus, quos refert, & sequitur Baeza ibi specie cap. 18. num. 9. qui dicunt pauperem non teneri ad collectam, nec tributum, nisi personale.

D V B I V M XVI.

An qui contra legem prohibentem intromit mercies in aliquam ciuitatem, vel regnum, teneantur soluere gabellam mercibus eiusdem speciei impositam pro coram intromissione.

¹ Exemplum apponi potest in ciuitate Granateni, vbi pro qualibet bombycis libra, quæ intromititur, coluntur quindecim argentei; et mercem prohibitor ne ex Murcia Regno villa introduceat bombyx, & ideo pro eius introductio-ne nullum est impositum vestigial; dubitatur ergo, an qui ex regno Murciae clavis illam intromit, teneantur soluere gabellam impositam bombyci, quia non est prohibita intromitteri.

² Aliquis viros doctos fertur fuisse huius sententia, scilicet debet vestigial impositum rebus familiis formæ non prohibitus; quia virtualiter omnibus rebus eiusdem speciei, atque adeo omnibus bombycibus, qua intromituntur, confertur impositum idem tributum, licet non nisi ex tali parte intromitti permittantur.

Sit conclusio. Probabilitus reputo non deberi;

id tributum, nisi sit etiam impositum rebus prohibitis. Probatur, quia tributum soluere res est obligatio; idque ad id obligare non debemus; nisi quando expressè constet esse impositum; in nostro casu non est expressè impositum; ergo. Item quia in dubio contendunt est quicquid non esse obligatum ad tributum, ut ex superioribus constat: ac hic casus saltem est dubius. Item quia Rex concessus conductori huius vestigialis quod possint alij ex ipsis conductoris licentia ex regno Murciae bombycem intromitunt in Granatam: atque haec licentia conceditur à prædicto conductori, dummodo sibi exhibentur tres, vel quatuor argentei pro libra. Et tamen in bombyce Granatensi exigunt in integrum omnes quindecim argenteos. Est ergo manifestum non esse impositum illud tributum pro Murciae bombyce.

Tandem

⁴ Tandem confirmatur hoc, quia si conductor inuenit predictam Murcia bombycēam, quae clam intromittitur, non exigit alcualam, sed solam pœnam; ergo signum est nullum deberi vēctigal. Huius sententia feruntur fusile aliqui docti recentiores, illique valde fauer Merina C. de refit. quæsi. 1. sib. fuen. vbi hæc dicit; si in transfectis rebus prohibitis nulla gabella imposita est, sed sola commissi pœna, translatores nil tenentur publicans restituere; sed ex pœnam tenentur post iudicis sententiam. Eisdem fauer Couar. reg. peccatum. 2. pars. §. 5. pœn. vbi dicit idem, quod Merina.

D V B I V M XVII.

Ex quibus contractibus alcualata debetur, & an in hac materia fricta, vel ample accipienda sit venditio.

Ratio dubitandi est, quia cum ex venditione debetur alcualata, & emptionis & venditionis nomine omnis alternatio comprehendatur, lib. stat. liber. §. 2. quinque ff. de stat. liber. & tradit fusca Tiraquel. de retract. §. 1. glossa 2. num. 1. videtur ex contractu omni deberi gabellam, maxime cum gabella non odiosa, sed potius favorabiles cedulae sint, cum ad utilitatem publicam, & communem pacem tuendam instituta sint, vt docet Parlador. lib. de rebus quid. cap. 3. initio, num. 14. & sic nil mirum si in hac materia venditio largè sumatur pro quo quis contractu. Sit

Prima conclusio. Alcualata non in vniuersum omnes contractus comprehendit, sed ex venditione, & permutatione duxata debetur. l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. non recipit. & tradit optimè Parlador. dicto cap. 3. §. 2. num. 22. & licet iure communis alcualata debetur ab emptore; at ex dicta l. 1. cam debet vendor, præterquam in oleo, quod venditur Hispali, dimidium enim alcualata debet empor, & dimidium vendor, eodem it. l. 3. & 4. at in permutatione vtrique pars debet alcualam, quia vtrique conseruit vendere. l. 2. l. 2.

Seunda conclusio. Venditio, ex qua gabella debetur, strictè, & propriè accipienda est, & non pro qualibet contractu. Probatur, tum quia dicta l. 1. mentionem de pretio facit: tum quia non fuisset opus de permutatione quidquam adiuvare, cum latè sub venditione comprehendatur: at dicta l. 2. expedit emptionem, & permutationem.

Secundo probatur, quia in materia odiosa nomine venditionis comprehendit tantum ea, quæ proprie venditio est, vt docet Montalvus lib. 1. for. 4. l. 2. fine, & Tiraquel. vbi supr. n. 2. Bald. Cornelius. Panorm. Felinus per Tiraquel. citati. Et ratio est, quia odio refringi, faures conuenit ampliar; & quia ea, quæ à iure communis exorbitant, ad consequentiam trahenda non sunt, reg. quæ a iure de regulis iuriis in 6. sed materia gabellarum est odiosa, cum sit contra libertatem iure communis contrahendi concessum, vt docet Parlador. dicto cap. 3. §. 2. num. 29. Tiraquel. de retract. §. 1. num. 12. Montalvus vbi supr. Menchaca lib. 1. con. trouer. frequem. cap. 1. l. 2. num. 16. Bart. Cornelius. Deicius. quos referit, & sequitur Bertachinus in Dictionario verbo. Gabella ergo strictè, & propriè in hac materia vñpanda est venditio. Hanc conclusio nem tenet expreſſe Montalvus vbi supr. & Parlador. dicto l. 2. num. 22.

Hinc inferitur longe à scopo aberrasse plures 4 Doctores, dicentes ex donatione deberi gabellam, quos refert, & reprobat Menchaca dicto l. 1. num. 18. 19.

D V B I V M XVIII.

An ex contractibus innominatis debetur gabella, id est, alcualata.

Nota ex Sylvestro verbo *contractus*, quæsi. 4. contractus est in duplice differentia: quidam sunt nominati, qui scilicet nomini habent propria, & ex solis conuenientia, vt emprio, venditio, locatio, &c. Alij sunt innominati, & his sunt quatuor, scilicet, do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut des. Dicuntur vero innominati, quia non habent nomina ipsi solis conuenientia, sed eorum nomina possent contractibus nominatis conuenire.

Secundum nota contractum innominatus, do ut des, quatuor modis contingat posse, vt docet Bart. l. 1. quæsi ff. de solut. num. 2. & Parlador. lib. de rebus quotid. cap. 3. §. 2. num. 33. aut enim datur species pro specie, aut genus pro genere, aut species pro genere, aut genus pro specie. Si datur species pro specie, aut datur species certa pro certa, vt via pro domo, & est contractus permutationis: vel species incerta pro incerta, vel certa, pro certa, & his casibus non dicitur permutatio, sed contractus innominatus, do ut des, iuxta glossam l. 1. C. de rerum perm. quam communem dicit ibi Bart. Si vero datur genus pro genere, aut pro certam genere, vt vitrum pro vino, & citrarium: aut vitrum genus pro alio, vt vitrum pro frumento, & est contractus innominatus, scilicet, do ut des. Similiter, quando datur species pro genere, vt oves pro frumento, aut genus pro specie, non dicitur mutuum, nec permutatio, sed contractus innominatus, do ut des. Quando vero datur quantitas, id est, pecunia numerata pro genere, & vel specie, est emprio.

His suppeditus Menchaca lib. 1. de success. creatio. 3. pars. 1. §. 28. num. 18. dicit deberi gabellam ex omni contractu innominato. Ratio, quia revera contractus est. Sit tamen

Prima conclusio. Ex illis tribus contractibus innominatis, scilicet, do ut facias, vel facio ut des, vel facio ut facias, certum est non deberi gabellam. Ratio, quia non ex omni contractu debetur gabella, sed ex sola emprio, & permutatione. l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. non recipit. at hi contractus, nec sunt emprio, & venditio, nec permutatio, sed magis ad locationis naturam accedere videntur, l. 1. num. 13. §. 1. cum dico ff. de prescrip. Sic Parlador. dicto §. 3. num. 34.

Secunda conclusio. In illis contractibus, do ut des, quando reducuntur ad mutuum, constat non deberi gabellam: quando autem ad emptionem, & venditionem, vel permutationem, conflat debet: patet ex dictis. Parlador lib. num. 3.

Ultima conclusio. In illis contractibus, quos 6. dicti non esse propriè emptionem, vel venditionem, nec permutationem, sed appellari contratus innominatos, scilicet, do ut des, credo deberi gabellam. Ratio, quia l. 2. tit. 17. lib. 9. non recipit. non vñt verbo permutationis, sed nolto vulgari nomine, in que apud nos vero, si communem loquendi

Lib. II. Cap. IV. Dub. XIX. &c. 371

D V B I V M XXI.

An ex transfectione, & litis estimatione gabella debetur.

Nota quod transfectione est compositio aliquo dato, vel retento super litem presente, vel futura nondum finita. E. c. aliqui item gerunt, aut mouere volunt super aliquo fundo, vel alia re, conuenient ramen inter se, ut aliquo dato, vel retento, à lice pendente desistant, aut futuram non mouent: dubitatur an ex hac transfectione, seu compositione debetur gabella.

Duplex est sententia.

Prima docet deberi gabellam. Probatur, quia ex contractibus innominatis debetur gabella, vt docet Menchaca lib. 3. de success. creatio. pars. 1. §. 28. num. 18. sed transfectione est contradic innominatus, vt docet Padilla rubr. de transact. num. 21.

Item quia appellatione emptionis comprehendit transfectione, & ex ea, fixus ex emptione, debetur gabella, vt docet Angel. consilio 250. Item quia est contractus, lib. 1. de fide instrum. l. 1. cap. 1. de transact. lib. donationis, in fine. C. quod metu causa, vbi Baldus dicit ex transfectione deberi gabellam, quia ex contractu lex iubet solvi. Idem docet Alex. l. sue apud alios, C. de transact. Firmanus tract. de gabella, 3. pars. 8. pars. principali, quæsi. 11. Tiraquel. lib. de retract. §. 1. glossa 14. num. 64. 65.

Secunda sententia docet, non deberi alcualam. Ratio, quia haec emphateulis non est propriè venditio, licet simili sit venditio: at venditio, ex qua alcualata debetur, est strictissime, & propriè vñpanda: vt patet ex supra dictis. Hanc tenet Parlador. lib. de rebus quotid. cap. 3. §. 2. num. 28. Boërius decisione 234. num. 5. & in alio simili tenet idem Tiraquelius plura allegans lib. de retract. §. 1. glossa 14. num. 84. cum enim lex, quam interpretatur, dicat esse retractum in venditione, dicit Tiraquelle non procedere hoc in emphate, vel locatione longa. Et haec sententia, vt probabilior est amplectenda.

D V B I V M XX.

An ex cessione debetur gabella.

An ex contractu constitutionis, seu fundationis censia, debetur alcualata.

Si prima conclusio. Qui per contractum censio vendit alteri ius ad percipiendis annuis redditus, tenet soliter alcualam, quia illa contractus est vera venditio: ergo ex illa debetur vēctigal impositum venditionibus. Sic Menchaca lib. 1. controvers. frequent. cap. 1. l. 1. num. 16. Parlador. lib. de rebus quotid. cap. 3. §. 2. num. 49.

Secunda conclusio. Cum annus census venditio, non expectandi sunt singuli anni ad vectigal percependum, sed statim totum vectigal soluti debet: quia tunc fit integra, & perfecta venditio. Parlador. lib. 1. §. 7. num. 48.

Tertia conclusio. Ex redemptione censio non debetur gabella, quia non est emprio, nec venditio. Menchaca dicto num. 16. Parlador. §. 4. num. 38. Monterolus in sua practica, tractat. 7. fol. 141.

Quo tamen in loco sit soluenda gabella ex censi, dicam infra.

D V B I V M XXII.

An ex cessione debetur gabella.

*S*i prima conclusio. Si quis cedat alicui actioni, vel iuri, & transferat in alium, & hoc dato pretio, est vera venditio, & debetur gabella. Sic Parlador. lib. de rebus quotidian. capite 3. §. 2. num. 27.

Secunda conclusio. Si quis emit rem alteram, & cedat alteri, si cello est executio, & exercitium illius contractus, vt quando procurator, qui nomine alterius emit, cedit domino, non debetur ex cessione gabella; quia non est nouus contractus, nec nova venditio. Si tamen est nouus contractus per se oriens ex priori, v. g. emit quis aliquid fibi, ceditque, & transferit in alium, debetur ex cessione gabella, quia est noua venditio. Sic Parlador. lib. Baldus l. ciam per eos. C. st. quis alteri, vel fibi, ad suum, Berthachin. tract. de gabella, 3. part. quæsi. 12.